vt nos ad vitaȝ reduceret. Ita ſm Bedã eo
tp̃e dignatus eſt incarnari q̃ mox natus cen
ſus ceſaris deſcriberet̃ atqȝ ob noſtri delibe-
ratione ipe ſeruitio ſubderet̃. Et vt Grego.
inquit in Omel. Naſcituro dño mund⁹ de
ſcribit̃ quia ille apparebat in carne q̃ electos
ſuos aſcriberet ĩ eternitate. ¶ Secũdo chri
ſtus humiliter natus eſt reſpectu loci qꝛ in
bethleem. Sicut ſcriptũ fuerat Michee. v.
ca. Et tu bethleem effrata paruula es in mili
tibus iuda. Ex te mihi egredietur dux qui ſit
dñator in iſrael et egreſſus ei⁹ ab initio a die
bus eternitatis. In bethleem ergo xp̃s nat⁹
eſt. vt dicit ſanct⁹ tho. iij. pte. q. xxxv. quia fa
ctus eſt ex ſemine dauid ſcd̃m carnẽ cui facta
fuerat ꝓmiſſio ſpecialis de xp̃o. Et ideo in
bethleem de qua natus fuit dauid naſci vo-
luit vt ex ip̃o loco ꝓmiſſio ei facta ĩpleta oſten
deretur. et hoc deſignat euangeliſta dicens
de ioſeph eo ꝙ eſſȝ de domo ꝛ familia dauid.
Addit Grego. in Omel. rationẽ myſticã di-
cens. Bethleem quippe domus panis inter-
pretatur: ip̃e nãqȝ eſt qui ait. Ego ſum panis
viuus q̃ de celo deſcendi. Locus ergo in q̃
xp̃s naſcit̃ dom⁹ panis ante vocat⁹ eſt: qꝛ fu-
turũ ꝑfecto erat vt ille ibi ꝑ materiã carnis
appareret qui electoꝝ mẽtes in eterna ſatieta
te reficeret. Si autẽ aliquis q̃reret. Cur nõ
hieroſolimis aut rome natus fuerit. Rñdet
ſanct⁹ tho. q̃ ſicut dauid in bethleem nat⁹
eſt ita etiã hieruſalẽ elegit: vt in ea ſedẽ regni
cõſtitueret et templũ dei ibi edificaret. Et ſic
hieruſalẽ eſſet ſimul ciuitas regalis ꝛ ſacer-
dotalis. Sacerdotiũ aũt xp̃i et ei⁹ regnũ p̃-
cipue ꝯſummatũ eſt in ei⁹ paſſione. Et ideo
couenienter elegit bethleẽ natiuitati et hieru
roſolimã paſſioni totãqȝ ꝑ hoc hoĩm gloriã
cõfutauit q̃ in ſupbiã eleuant̃ ſi ex nobilib⁹
ciuitatib⁹ originẽ ducãt. Xp̃s ĩ ciuitate igno
bili naſci voluit ex nobili obprobrium pati.
De roma vero dicit̃ ĩ quodã ſermone Ephe
ſini cõcilij. Si maximã romã elegiſſet ciuita
tẽ ꝓpter potentiã ciuiũ mutationẽ orbis ter-
rarũ putarẽt. Si filius fuiſſet imperatoris
poteſtati vtilitatẽ aſcriberet. Sed vt diuini
tas cognoſceret̃ orbẽ tranſformaſſe terrarum
pauperculã elegit matrẽ pauperiorẽ patriã.
Elegit aũt deus infirma mundi vt ꝯfundat
fortia. Et ideo vt ſuã poteſtatẽ magis oſten-
deret in ip̃a roma q̃ caput orbis erat ſtatuit
caput eccleſie ſeu in ſignuȝ ꝑfecte victorie vt
exinde fides deriuaret̃ vt vniuerſuȝ mundũ
ſm ꝙ ꝓphetauerat Eſaias ca. xxvi. dicens.
Ciuitatẽ ſublimẽ humiliabit et cõculcabit
eam pes pauperis. i. xp̃i greſſus egenorũ. i.
apoſtolorũ petri et pauli.
¶ Tercio xp̃s ſimiliter natus eſt reſpectu ha
bitaculi. Nã ꝑfect⁹ a nazareth ioſeph cum
virgine glorioſa in bethleem qꝛ paupes erãt
inuenire nõ potuerũt hoſpitiũ. Sed vt mgr̃
dicit ĩ hiſtoria ſcolaſtica: diuertere ad diuer-
ſoriũ. Erat enĩ inter duas domos opimẽtũ
habẽs ſub q̃ ciues ad colloquendũ vel ad cõ
ueſcendũ diebus ocij vel ꝓ aeris intemperie
diuertebãt vbi forte ioſeph aĩalibus ſuis bo
ui et aſino preſepiũ fecerat. Vel ſm quoſdã
cum ruſtici ad forũ veniebãt aĩalia ſua ibidẽ
ligabant. Et ideo ibi p̃ſepe cõſtructum erat.
O q̃ȝ humilis erat habitatio illa de qua Hie
ro. ad marcellũ de vrbe ſecedendũ ita ſcribit
Quo ſermone qua voce ſpeluncã tibi ſalua-
toris exponã. Et illud p̃ſepe in quo infantu-
lus vagijt ſilentio magis q̃ȝ infimo ſermone
honorandũ eſt. Vbi ſunt late porticus. vbi
aurata laquearia. vbi domus damnatoꝝ pe
nis et miſeroꝝ laboꝝ veſtite. vbi inſtar pala-
tij extructe baſilice vt vile corpuſculũ hoĩs
p̃cioſius inambulet et quaſi mundo quicq̃ȝ
nõ poſſit eſſe ornatius tecta ſua magis velit
aſpicere q̃ȝ celũ. bethleem. Ecce in hoc paruo
terre foramine celoꝝ conditor formatus eſt.
Hic inuolut⁹ pannis. hic viſus a paſtorib⁹
hic demonſtrat⁹ a ſtella. hic adoratus a ma-
gis. Et in ep̃la ad Euſtochiũ ait. Ille cuius
pugillo mundus cõcludit̃ p̃ſepis cõtinet̃ an
guſtia. O mira circa nos pietas ieſu benedi-
cti. O charitas inaudita. O hũilitas incar-
nati dei. naſcit̃ hyemali tp̃e et nõ eſt illi locus
in diuerſorio. inuoluit̃ pannis et a ſola ma-
tre bñdicta et ioſeph ſuſcipit̃. Curre cito fide
lis aĩa: ingredere operimentũ illud. vagien-
tẽ infantẽ audacter alloquere. dic ei audienti
beniuolo. O rex regũ ꝛ vniuerſe conditor cre
ature. vis ne te ſimul cum matre et ioſeph ad
meã domuȝ recipiã vis vt aureã faſciã ad te
deferã. vis ornamẽta ꝛ p̃cioſa iocalia tibi tra
dam. vis vt famulos et ancillarũ ad obſequẽ
dum turbã adducã. vis vt matri que peperit
delicata cibaria p̃parem. Vis vt cuiuſcunqȝ
generis muſicoꝝ peritos modulatores ꝛ ma
giſtros aduocem: et ſimilia. Statim audies
illũ reſpondentẽ tibi. Non ꝓpter tp̃alia veni
nõ iſta mihi ſunt grata. Sed ſi mihi placere
cupis o aĩa mea imagĩe inſignita largire mi-
hi peccata tua atqȝ delicta. da mihi ꝯpunctio
nẽ. da mihi lachrymas. da mihi cõuerſionẽ
et emendationẽ. deſcẽdi de celo vt hõ factus
ꝓ peccatis hoĩm ſatiſfaciã. Trigintatribus
annis laborabo ſudabo cruciabor fame ꝛ ſi-
ti vſqȝquo affigar patibulo crucis. Reuertere

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-521/0046
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG